

ordens und gotteshauses gegeben, welche gnade vnd gute wercke vns verleih die gutigkeit vnsers seligmachers nun und ewig amen. Zu urkunde obenbeschriebener satzung vnd bestetigung haben wir vnsere probstei vnd mit wissen vnsers capitels sigel vnten an diesen brief lassen hengen, der da gegeben ist — 1478 am tage s. Thomae des h. zwelfboten.

Nach einer Abschrift in Vogel's handschriftl. Leipz. Chron. Bd. III. fol. 31 in der Stadtbibliothek zu Leipzig.

No. 301. 1480. 22. Jan.

*B. Tilo von Merseburg bestätigt auf Ansuchen des Probsts zu S. Thomas die für den Altar S. Cosmae et Damiani in der Katharinenkirche zu Abhaltung von vier wöchentlichen Messen gestiftete Vicarie.*

Thilo dei et apostolicae sedis gratia episcopus Merseburgensis ad futuram rei memoriam. Iuxta pastoralis nostri officii debitum etc. Sane pro parte venerabilis patris et domini Johannis Falkenhayn praepositi canonicorum regularium monasterii s. Thomae in Lipezk — oblata nobis petitio continebat, quatenus altare ss. martyrum Cosmae et Damiani situm in ecclesia s. Katherinae virginis opidi Lipezensis dudum quidem exstructum iam vero primum nonnullis censibus utpote viginti florenis Renensibus de puris elemosinis hincinde per devotos Christifideles dictae ecclesiae donatis in et super bonis providorum Heintze Frangken et Johannis Hummelshayn opidanorum opidi Lipezensis antedicti pro quadringentis florenis Renensibus legitimo reemptionis titulo emptis dotatum, sicuti in litteris originalibus desuper confectis latius continetur, numero ecclesiasticorum beneficiorum adunare ipsumque in beneficium ecclesiasticum erigere et confirmare ac census huiusmodi viginti florenorum una cum summa capitali praescripta eidem altari appropriare atque ab omni potestate saeculari eximere et sub clausulis et punctis infrascriptis auctoritate nostra ordinaria dignaremur, videlicet quod ius praesentandi sive patronatus ad altare memoratum loco restauri de iure debiti ad advocatum sive praefectum dicti monasterii s. Thomae perpetuo pertinebit; item debet quilibet ad dictum altare praesentandus esse sacerdos saecularis aut saltem taliter qualificatus, quod infra annum a die collationis huiusmodi beneficii possit ad sacerdotium promoveri, alioquin anno revoluto dicto beneficio sit privatus; debet etiam altarista eiusdem altaris personaliter in Lipezk residere et beneficio huiusmodi per se deservire nisi legitima causa obstaret; singulis quoque septimanis idem altarista ad legendum quatuor missas in saepe dicto altari videlicet Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni diebus obligatus esse debeat; et item si census supra dicti altaris unquam reempti fuerint, ex tunc non altarista dumtaxat sed praepositus s. Thomae — una cum capitulo suo et dicti altaris rectore de aliis censibus emendis providebit; et ultra praemissa debet praesentatus ad idem altare antequam possessionem actualem nanciscatur in manus praelati, qui eundem investire habebit, de servandis omnibus et singulis praemissis manualementem promissionem facere, quod si recusaverit, tamquam minus idoneus refutetur. Nos igitur Thilo episcopus ante fatus de libera remissione restauri aliisque necessariis et oportunis sufficienter